

Si, Qvi sumus? quāritis; Sangvis uester sumus, caro de
carne uestra, et os de ossibus uestris; eiusdem indulgentia
mæ Matris filij, ejusdem splendidissima Reip. Concives, ortu
et nascendi prærogativâ Iurium Vobisum æqualitatem fortifi.

Si, Qvæ sit Religio; et Fides Nostra? inquitis; Eun
dem Vobisum Deum Trium, eundem Salvatorem crucifixum,
eundem Spiritum sanctificatorem, agnoscimus, veneramus, colimus;
Eadem divina Oracle in Scripturis tradita pro norma Fidei;
ab ijs vel latum anguem discedere, pro piaculo, habemus: Tria
illa S. Ecclesiae Catholicae Symbola, et Concilia Oecumenica
priora IV. ab Universali Ecclesia recepta, et Ipsi toto pecto
re probamus, suscipimus, amplectimur. Nullus unquam Atheus,
Epicurus, aut alia Arii Socinive heresi notatus, inter Nos
repertus fuit. Idem Vobisum fidei et salutis fundementum
illibatum tenemus; quamvis in superstructuris quibusdam idem
per omnia sentire, Conscientia, cui reliqua posthabemus
omnia, prohibeat.

Si Pura et Privilegia nostra reguntur, sunt illa VIII. Regum
ab Henrico Valesio, ad modernum Regnante, non interrupta serie
sibi succedentium, Juramenti sapientis iteratis munera; sunt san
ctissimis Reipublica sapienti confederata vinculis, sub Conscientia,
Fide et Honore, adstricta, sunt publicis Regni Legibus et Con
stitutionibus firmata, et pro LEGE ETERNA declarata;
et si quid vel humanum genus, vel Respubliæ Chriſtianæ sanctum
habet et inviolabile, id omne causam pro Nobis dicere confer
beat.

Si vero Pravamina nostra, et Juris, adverſo
vel facta alienum, vel nostra fata alleganda sunt; illa quidem
in tantum eheu! cumulum excreuerit, ut ubi dicendi initium,
ubi finis faciens sit, haud reperiamus.

Diu equidem filiuimus, non, quod querimoniæ materia de
cesset; sed quod somptionum vir dareetur opportunitas; aut si da
retur, Rempublicam tamen publicis cum malis colluctantem ge
nitib; nostris obtundere vereremur. Accedebat, quod injuria No
bis intentata magnam partem privatorum fuerint, quas
patientius tulimus, spe preti, Rempublicam, cuius et Nos pars fu
mus, cœū Iurium suorum Dominam, remedium opportunè tem
pore allaturam esse: Nunc, cum ab ijs maxime, qui publica in Re
gno auctoritate possent, iuris spee premantur, Iuray Nostræ et Li
bertates propalam concilcent, nysto tñdem psiculoso silentio
imploranda Nobis er Benignissæ Mater, Serenissæ Respublica!

Ai,